



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Eryci[i] Pvteani Pietatis Thavmata In Bernardi Bavhvsii[i]
è Societate Iesv Protevm Parthenivm**

Puteanus, Erycius

Antverpiæ, 1617

Censvra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70659)

C E N S V R A.

PROTEVM PARTHENIVM, & in eum
THAVMATA PIETATIS; illum quidem per
R. P. Bauhusium è Societate IESV, inaudito an-
te hac verborum nexu, metro & sensu saluis, va-
riegatum; hæc verò ab Ampl. V. Erycio Puteano
adfectu pio scripta, digna sunt quæ non huic tan-
tùm sæculo, sed & posteris nepotibusque spe-
ctanda inspiciendaque tradantur. In illo enim
exiguo dumtaxat opere, ingens argumentum, si
Virginem cui dicatur; ingeniosam Pietatem, si
structuram quâ dicatur viderem, admiratus sum.
Hæc etiam siue ab adfectu quo data sunt, siue à
stilo & facundiâ, vera THAVMATA deprehendi.
Multa in vtrisque, quæ pium Lectorem verè in
Piissimam Virginem pium reddant. Datum
Antuerpiæ, in Seminario Episcopali, Kal. Mar-
tij, M. D C. XVII.

Laurentius Beyerlinck

Archipresbyter Eccl. Cathedral.

& Librorum Censor Antwerp.